



Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrio, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Qvæstio XXXIX. An confrontatio sagarum, quæ vt plurimum pronæ sunt ad
reuocandum, consulta videatur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

c

Ad 3. Argum. resp. dupliciter pri-
mo DD. illos mihi videri niti illo textu
non bene intellecto. Textus enim agit
de patrocinis, hoc est defensionibus
potentium ambitionis, illegitimis, ex-
trajudicialibus, & vel violentis, vel do-
lofis, qui tali patrocinio causa fuerunt,
vel scelera ciuitatis, crebrius, audaciusque
committerentur: quod illic in d. l. per
omnes, acutè videt Accurs. Non vero
agit de patrocinis adiutoriorum, in
iudiciis admitti solitis, nec argumen-
tum ab illis ad istos posset procedere,
nisi constaret istos dolose procedere:
tunc autem eos etiam reiici posse dixi.
Secundò responsorium, ut infra ad su-
pra.

d

In quarto argumeto falsa est maior,
quia illud non pertinet ad modum de-
fensionis, sed directè pertinet ad de-
fensionem ipsam, cui per accidens est,
vt per se vel per alium fiat. Ius enim
naturale simpliciter vult non tolli de-
fensionem, tolleretur autem, illi ne-
quit le ipsum defendere, si per alium non
sineretur. Non tolleretur autem, licet
non sineretur se defendere scripto, cu
posset verbo: vel non sineretur tridui
spacio differre, qui potest statim. Vnde
patet differentia casus propositi in
quest. 37. ab eo, qui proponitur in ista
questione.

Ad 5. Respondetur, in criminibus
stis iure scripto tantum denegari, ad-
vocatos, quando notorium est reum
esse haereticum, rebellem, vel conspira-
torem in Principem, assalsinum, aut
insignem furem vel latronem, & hu-
iusmodi: sed antequam constat esse tal-
lem, adiutorius conceditur. Sic leges il-
las exponunt, & in praxi obtinere te-
stantur. DD. Manua Benard. singul. 15.
Rolandus dict. consil. 12. num. 79. libr. 3. Iul.
Clar. in §. haeresis. num. 17. Farinacius que-
stion. 39. num. 109. & 167.

A

QUÆSTIO XXXIX.

An confrontatio sagarum, que ut
plurimum prona sunt ad reno-
candum, consulta vi-
deatur?

B

C

D

E

ARVM mouet me quod Sa-
ge pronæ sint ad reuocan-
dum: nam non omnes tales,
& forte pauciores: neque
de occultis istis nostrum est iudicare. c.
sunt est, de Simon. cap. erubescant. 32.
quest. 5. Constat ordinariè in huiusmo-
di, stylum curie sequendum, Menoch.
cap. 474. Maserad. conclus. 1317. num. 47.
Farinac. quest. 43. num. 144. Sed nec
stylus ubique idem, nec iste à iure na-
turali, sed positivo descendit: quem
admodum & illud, quod reus qui de
se confessus alias nominavit, debet in
præsentia nominati cum iuramento af-
terere sic esse, al. as nominatio non o-
peretur. Boer. decis. 319. num. 4. Clarus
quest. 2. num. 12. vers. quero nunquid,
& Vulpell. consil. 30. num. 7. & consil. 83.
num. 8. aut illud quod alijs magis arri-
det, vt reliquo iuramento, reus de se
confessus, & qui alium in questione
nominavit, in ratificatione de le, &
alijs, debeat iterum, leuiter tamen tor-
queri, & in præsentia nominati confir-
mare nominationem. Farinac. supr. si-
ue illud, quod quando in mutuis dela-
tionibus inter se dissentiant, vt postea
simul de hoc dissidio interrogatur; in-
uicem redarguere permittantur: que
omnia ex confuetudine potius, quam
iure scripto manarunt, nec ordinariè
imperatae iudicibus sunt. Ideo (vt op-
timè Bononienses inquirunt) quid cir-
ca has agendum prudens iudex arbit-
rabitur, si namque ex una parte adsit
qualitas, vel prærogativa dignitatis,

auctori-

Conc.

auctoritatis, vel imperij in aliam partem: vel vna iudicio & sermone praeualeat, adeo ut dubium esse possit ne contra veritatem vna trahat alteram in suam sententiam: nunquam confractatio talis permittenda: si nihil istorum adesset, permittendam videri. *Chart. d.lib.3.c.1.n.92.* In facto igitur hoc consistit, & circumstantijs consideratis decidendum. *Etiam in violentia, hoc est, quam iniurias iudex imperat, confrontatione: casus in quibus consultur legite apud Clarum, q.45.num. 14. & ibi Bsiard. in addit. & in his ipsis casibus non admittenda, nisi praecedant considerationes exquisitissimæ, & cause grauissimæ, ut de hærelis crimine docet Penna, ad 3. part. Directori Inquis comm. 23. num. 101. vbi dicitur prudenter egit. Idem censeo de quodam genere confrontationis, quod aliquando iudices decernunt, quod vocatur, confrontatione ad contumaciam. & minus habet periculi. de quo Antonius Columba. In forma procedendi extraordinar. in controuers. crim. ab arb. 220. In confrontatione, spontanea, quando paratus est reus alios nondum captos societatis coarguere & conuincere: puto aliud dicendum, ut scripti, l. 5. seßt. 10. circa fin. nempe hanc nunquam admittendam nisi praeficerint indicia talia, ut propterea nominati citari possint: & iam citati, si non apte obiectiones rei nominantis, & constanter accusantis, soluerint, queant in carcere compingi. fieret enim alioquin iniuria talibus denunciatis, hoc seqq. DD. Friburgenses, & bene addunt, si socius in prælentia & confrontatione suam nominationem retractet, tamquam testem varium & inconstantem denuo torqueri posse. *Farinac. supr. à numero 116. usque ad 150.**

A

QVÆSTIO XL.

An dictum Binsfeldij trium vel quatuor fæminarum pro unius viri denunciatione exigi, debeat obseruari in terris im-

perij.

B

R Espondeo negatiue, tum quia priuati Doctoris dictum est: tum quia contrarium ubique praxis videtur recepisse. lege tradita superiorius ad q. decimam tertiam.

C

QVÆSTIO XLI.

Quid sentiendum de praxi Germanie, que denunciations de choreis, & sagarum conuentibus, hattenus pro veris & sufficientibus, & non illusorys accipit.

D

N On Germania solius praxis est: sed Galliæ quoque, Hispaniæ, Italiaæ ac Belgij. & est optime fundata. Qui pro illusionibus habent, ipsi ab Alciato, Ponzinibio cum paucis alijs delusi: & magna pars VVteriana farina, non puræ fidei polline, sunt conspersi, lege quæ de hac rescripti, l. 2. Disquisit. Mag. quæst. 16. & l. 5. seßt. 16. Vbi in ultima editione Moguntina anni 1603. fusissime & neruolissime hoc confirmavi, & spero me Lectori veritatis amanti satisfecisse.

E Consideratis itaque cunctis, quæ & in d.lib.5. Disquisitionum, & in response hac quadragenaria scripti, statuo Principem optime de republ. meritum & iustitiae præclare cōsulturnum, si in suo territorio præcise fa-

XXXXX

ceret